

QH-377

v. Schachmann

Ze
660

Memoriae
Viri generosissimi
CAROLI ADOLPHI
a SCHACHMAN
facrum.

GORLICII,

EX OFFICINA FICKELSCHERERIANA.



To Pelt...



Memoriae

Viri generosi

CAROLI ADOLPHI
SCHACHMAN

D. O. M.

vitae domino iubente,
infirmittatis
& humanae miferiae omnigenae
finem attigit,
aeternas beatorum fedes ingreffus,

V I R

pia grataque recordatione
prae multis dignus,
nulli quam mihi dignior,

Carolus Adolphus a Schachman,

Dynafta in Koenigshain & Oberlinda;

natus

d. XXVIII. Novembris anni cto lccc XXV.

generofae ftirpis

ultima propago & ornamentum;

* 2

Conjugis dignissimae
per XXV. annos
deliciae;
omnibus & sanguine & amicitia conjunctis
dilectissimus;
patriae proceribus, vicinis, ciuibus
carus, probatus;
subditorum vere parens;
beneuolus in omnes,
ex Dei amore φιλανθρωπος;

Idem
ingenio studiisque prae cellens,
bonarum cujusvis generis literarum amator;
prae caeteris
numariae & antiquariae rei,
vt & scientiae naturalis,
peritissimus;

scriptis publicis etiam inter externos
notus & laudatus;
artium venustiorum fautor, cultor,
ipse artifex,
Tusculani sui, & musei, elegans exornator,
amicis & advenis,
candida semper hospitalitate exceptis,
oblectamenta parans;

Idem

morum tam suavitate quam integritate conspicuus;
justus, constans, officiosus;
modestus,
laudis quantumvis merita impatiens;
nempe qui mallet cum Paulo
de propria debilitate,
nec de villo
nisi diuinitus insito robore
gloriar.

* 3

Ita fentiens,
non genere, non dotibus, non virtute,
non de se hominum iudicio,
sed
misericordia & meritis
indulgentissimi peccatorum Sospitatoris
vnice frerus,
hunc fide & amore amplexus,
animum,
non argento vel auro corruptibili,
sed pretiosissimo Christi sanguine
redemptum,
Deo redemptori commendauit,
commendatum reddidit
d. XXVIII, Januarii, anni clo lccc LXXXIX,
lustris XII.
& tribus infuper annis
hic peractis.

Mortalitatis exuuiæ,
placido terræ gremio creditæ,
resurrectionis die
immortalitati restituendæ,
quiescant in pace!

Lugentibus
propinquis, amicis, subditis,
communi vulnere afflictis,
præ omnibus
lacrymabundæ Conjugi, eheu! nunc viduæ,
vulneratissimæ,
diuini solatii medicamen
adprecat,ur,
sibi met ipsi expetit,
hoc quaecumque monimentum ponens,
Defuncto
ad finitatem & amicitiam
conjunctissimus.

* * *

Ze 660

X 3005360

deinde totum gravum

repleto oris

impugnandi vultus esse

ante totum in vultu

laudantur

in hoc propugnato oris: fons

campanae totius aulis

in hoc canibus

lactymanduae Corpore, chest tunc vidua

vulnerantur

danis foliis ardicant

adproctur


liber totum vultus

hoc vultuante, nunc vultus

Datum

admirare de vultu

con vultu



Farbkarte #13

B.I.G.



v. Schaenmann

Z e
660

Memoriae

Viri generosissimi

LI ADOLPHI
HACHMAN

facrum.

GORLICII,

ICINA FICKELSCHERERIANA.

